

intimo communicantem : « Nunquam sacrificium obtuli, quin viderim Spiritum sanctum, sicut ipsum vidi in me descendentem, quando super me extendebantur manus, sacerdotalisque consecrationis orationem metropolitā recitabat, et euchologium misero capiti meo impenebatur. » Interrogatus igitur a me quomodo illum tunc vidisset et sub qua forma, respondit : « Simplex erat, nec videri poterat, nisi ut lux ; et cum primum mirarer, videns quod nunquam videram, et mecum cogitarem quidnam hoc esset, dixit ille mihi mystice, quasi linguam sciens : « Egd̄ sic omnes olim prophetas et apostolos, et nunc Dei electos frequenter visito : sum enim sanctus Spiritus Dei. » Cui gloria et virtus in sæcula. Amen.

Ἀθαρήσαντός μοι ὡς προσφιλῆ αὐτοῦ, ὅτι· Οὐδέποτε ἐλειτούργησα, μὴ ἰδὼν τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καθὼς αὐτὸ εἶδον ἐλθὼν ἐπ' ἐμοί, ὅτε με ἐχειροτόνου, καὶ τὴν εὐχὴν τοῦ ἱερέως ὁ μητροπολίτης ἔλεγε, τοῦ Εὐχολογίου ἐπιχειμένου τῆ ἀθλίᾳ μου κεφαλῇ. Ἐρωτηθεὶς οὖν παρ' ἐμοῦ πῶς τοῦτο εἶδε τότε, καὶ ἐν ποίῳ εἶδους μορφῇ, εἶπεν· Ἀπλοῦν μὲν καὶ ἀνείδεον, πλὴν ὡς φῶς· καὶ ὡς ἐθαύμαζον κατ' ἀρχὰς ἰδὼν, ὁ οὐδέποτε ἐθεασάμην· καὶ τί ἂν εἴη τοῦτο διαλογιζομένου μου, ἔλεγέ μοι μυστικῶς ἐκεῖνο, ὅσπερ ἐν γνώσει φωνῆς· Ἐγὼ οὖτω πᾶσιν προφήταις, καὶ ἀποστόλοις, καὶ τοῖς νῦν ἐκλεκτοῖς τοῦ Θεοῦ, καὶ ἁγίοις ἐπιφοιτῶ· τὸ γὰρ ἅγιον Πνεῦμά εἰμι τοῦ Θεοῦ. Αὐτῷ ἡ δόξα, καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

SANCTI PATRIS NOSTRI

## SYMEONIS JUNIORIS THEOLOGI

ABBATIS MONASTERII S. MAMANTIS IN XEROCERCO

### DE ALTERATIONIBUS ANIMÆ ET CORPORIS

Quæ ex varietate cæli aut aeris, quæque ex elementis, ex cibis, interdum etiam ex demonibus existere in nobis solent,

DISSERTATIO.

Interprete Petro Possino, societatis Jesu presbytero.

Fratres et Patres, debet monachus quæ in anima contingunt alterationes mutationesque, non solum nosse et intelligere, sed etiam causas ipsarum, quales tandem sint, undeque in ipso existant. Aliquando enim subita exoritur animæ lætitia, aliquando simili modo mœstitia ipsam invadit et gravido vehemens. Atque interdum quidem ad compunctionis motum ac sensum facillima est : interdum obælescit, et ad lapidis duritiem riget. Alias rursus mansueta et humilis est, at paulo post vaga mente, cogitationibusque dispersis tum iracunda et rabiosa ad omnes fratres. Et nunc quidem remissa ac languida fit segnisque ad omne opus : alias vero expectata et vigil, ac ad omnem obedientiam prompta, ut etiam circumstantes aut obvios provocet et quasi convicio excitet ad recte agenda. Nonnunquam rursus in seipsam collecta et devota, mox passim effusa ; tum subcontumax ac impudens. Nonnunquam omnium benevole et cum charitate reminiscens, eosque ad se provocans : alias neque illos, neque qui coram adsunt intueri sustinet. Nonnunquam denique contrusa in se ipsam undique et quasi in angustiis suffoca-

tionem patiens, ut vitam etiam recuset. Alias autem in tantum sese dilatans in ipsa quasi exundat lætitiæ vis, ut cohibere seipsam nequeat, quantumvis id conetur.

Hæc natura comparatum est ita fieri circa naturales innovationes animæ et corporis, dum nos pro virili contendimus in exercitio virtutis et mandatorum adimplerione. Verum quemadmodum in hunc modum alteratur anima, ita et mens nostra, consimilique hæc cum illa vicissitudine ac ratione commutatur. Est enim interdum acuta ad intelligendum : acutior et micantior illis quæ intelligentia versat intra se percurrendis et discernendis, celeriter. Nonnunquam ad utrumque lenta et tarda. Ac aliquando quidem eadem velut amens et muta surdaque fit, alias solers quidem et diserta, attentaque et prudens, expeditique consilii, rursus aliquando cæca, aliquando perspicax, acie oculi eo usque acri ac vivida, ut etiam usque ad profunditatem altitudinemque mysteriorum contemplando penetret, pene ultra quam pervenire homini fas est, viam sibi per viam quamdam aperiens. Interdum simplex et ad omnem contemplationis motum

prociecta et libera. Septaque eadem ac in se reducta, seseque coram ostentantes malorum illecebras ne attendens quidem aut ullam earum cogitationem capiens; sic tanquam prorsus non essent. Interdum vero voluptatum imagines varias fingens, versans et reciprocans alterno astu, seque in omnem nequitie speciem induens, aut potius tanquam flamma in virentibus lignis a multo fumo suffocationem quandam patiens, res maxime nefarias ultro designans, non solum qua objecta invitant occasionum presentium, sed absentia etiam quaedam procul accersens, sibi que admovens stulta et fallacia sibi in se ipsa deformat idola mendacium cogitationum. Qua vice rerum cor, licet multum gemens et reluctans anxioque, contestans, nequaquam se acquiescere, nihil tamen proficit ad sedandam tempestatem, mentemque ab insanis cogitationibus deducendam. Et hæc quidem hactenus de alterationibus mentis et intellectualis nostræ divinæque animæ. Quæ vero contingunt circa corpus inæqualitates quamvis ad discernendum notabiles, cognitæque nobis faciles videantur, nequaquam tamen tales sunt. Hujus enim partis pleraque omnis fere mutatio a natura est. Nostra quippe anima immutabilis natura substantiaque est. Similiter autem et mens eodem modo et conditione naturæ simul cum ipsa a Creatore edita. Sola utraque nimirum arbitrio sese movens proprio et libero impetu voluntatis virtutem vitiumve participans. Hoc est quod aliis verbis dici solet, lucis illas aut tenebrarum pro arbitrio electionis suæ participandarum communiter in omne ævum dominas et capaces ac quasi hæredes constitutas. Anima, inquam, et mens alteri horum, ut dictum est, arbitrio delectus et voluntaria adhæsione affectus liberi affixa, si quidem bono, bonæ sunt; sin autem malo, malæ evadunt. At corpus et natura mutabile, utpote compositum et substantia fluxum, ut quod ex materia corruptibili fluxaque constet, commistione aut contemperatione conflatum contrariorum invicem. Ex calido siquidem et frigido, ut talium consulti vere dicunt, exque sicco atque humido substantia ejus est. Cæterum ipsum per seipsum electione arbitrioque cassum est, imo si dicendum est, et motu: nisi si quis caducitatem ejus et fluxum in corruptionem motum substantiæ ejus naturalem quemdam dixerit, qui utique irrationalis est. Si autem irrationalis, et culpæ expers, neque obnoxius Dei judicio. Fomes vero, concupiscentia, libido, voluptas, gula, intemperantia, somnolentia, desidia, luxus vestium et similia omnia, quæ plerique corpori imputant, tanquam id in ea feratur, non sunt tamen ejus propria; quod apparet in morte, quando remota anima nihil horum corpus appetit. Animæ igitur per organa corporis isti motus sunt. Hæc illa sibi indulget, hæc appetit delimita necessitudinæ latente carnis ex

A quo ei semel agglutinata concrevit. Cujus in cæco sibi placet, immundæ suis instar obscenis sese gaudiis immergere volutareque gestiens. Nemo igitur ad hæc a proprio corpore impelli se trahique opinetur. Non ita est. Quid ergo? comoda mentem attentam, finxit Deus hominem, pulvere e terra sumpto. En ego tibi ostendi corpus, ostende jam et tu mihi quæ qualesque perturbationes ac cupiditates in ipso sint, profecto nullam demonstrare potes. Quid deinde? *Et insufflavit in faciem ejus Dominus Deus, et factus est homo in animam viventem*<sup>1</sup>, et surrexit e terra, et ambulabat spiritu scilicet qui jam in ipso erat pro potestate arbitrioque suo movente corpus, fomes vero, indeliberatus irrationalisque motus secretarum partium: furor, inquam, ille ac libido nequaquam adhuc erant, sed erat in ipso vita concors ab intestinalis tranquilla dissidiis et individuae consensionis securitate felix status. Videamus igitur ne forte eo quod non esset mulier, aut quia non erat præstio copia ciborum salivam moventium, ideoque neque ad libidinem neque ad gulam homo moveretur. Quando igitur produxit de humo Deus arbores omne genus fructiferas, speciosas visu, gustatu suaves? Quando vero Adam et Eva nudi simul erant in paradiso nec erubescabant<sup>2</sup>? Vides neque quod esset Eva femina, nec quod nudus uterque ullum cujusquam illorum continentia: dispendium esse oblatum. Sed quamlibet nudi, mutui tactus experientia carebant. Ac neque ulla perturbatione pudoris, neque naturalis corporibus pruriginis stimulo tentabantur. At post peccatum et transgressionem, ejectis ambobus e paradiso, Deoque nudatis, divinaque ejus exclusi gloria, tum demum, ut scriptum est<sup>3</sup>, cognovit Adam uxorem suam quæ concepit et peperit. Igitur, charissime, si Deum sincero amaveris et tu, et in ejus dilectione manseris, nulla tibi unquam perturbatio dominabitur, nec te sub ditionem suam corporeæ necessitatis tyrannis unquam ulla rediget. Quemadmodum enim ad nihil corpus moveri potest sine anima: sic neque Deo unita per charitatem anima inde abduci ulla vi potest ad voluptates cupiditatesve corporeas. Sed neque ad alias concupiscentias quasvis visibilium aut invisibilium rerum aut vitiorum, tenetur enim astrictus dulci Dei charitate impetus cordis ejus. Illa igitur Creatoris, ut dictum est, sui complexu constricta, æqua tandem ratione queat corporei fomitis flamma corripri, aut omnino cupidinis ullius carnalis affectui mancipare consensum suum, nullo certo modo. Quod vero mutationes illas attingit quæ ex naturali conditione corporis necessario in ipso existant, ex sane manifestæ sunt, cadunt enim neque in omnes etiam sanctos, aliquando enim bene valere dicitur cum primæ qualitates inducias agunt, aliquando in morbum trahi, quoties unum quodpiam ex quatuor elementis aut ~~est~~

<sup>1</sup> Gen. ii, 7. <sup>2</sup> ibid, 25. <sup>3</sup> Gen. iv. 1.

abundaverit, aut infirmius in minores quam pro-  
 portio temperamenti requirit, sui ipsius reliquias  
 defecerit, quod nimirum aut ipsum supra cætera  
 prævaluerit; aut ipsis in se insurgentibus resi-  
 stendo impar succubuerit. Ex quibus destillationes  
 fluxionesque existunt, et extremarum interdum  
 partium resecandarum necessitas: et videlicet  
 animalis interdum totius corruptio, nihil ex his  
 detrimenti capiente nostra anima. Quoniam ple-  
 raque horum ex intemperantia cibi potusque pro-  
 veniunt: eorumque ex indigesta, maleque mista  
 et congesta copia. Quædam tamen ortum habent  
 ex ventorum mutatione atque aeris, quo, utpote  
 natura frigido, frigus sæpiuscule concipiente so-  
 lito majus, quæ frigidioris nature sunt imbecil-  
 lora scilicet sunt. Quæ vero calidi temperamenti  
 sunt, robustiora vegetioraque. Cum vero rursus  
 fervore vehementiori aer incanduerit, frigida qui-  
 dem refoventur et quasi reviviscunt: ut videmus  
 ad solem muscas, et id genus insecta, vigere vo-  
 litareque vitall tepore collustrata et confota radio-  
 rum ejus, valentia jam et strenua ad omnem ex-  
 pediti motus micare facultatem. Contra vero quæ  
 calidiorem concretionem habent prorsus inflam-  
 mantur et liquefacta resolvuntur: atque ad omnem  
 actionem ac motum pariter imbecilla sunt et lan-  
 guida. Adeoque in universum unaquæque res juxta  
 proportionem temperamenti proprii in aeris, et  
 ventorum mutatione, mutationem suscipit. Cæte-  
 rum præter hæc quæ diximus alia est etiam ani-  
 mantium propria mutatio, quæ vel ex cibatu po-  
 tuque nimio, vel ex jejuniis summo existit. Neque  
 hæc solum, sed etiam ex multo somno aut multa  
 vigilia, ex labore aut desidia corporea sit etiam  
 alia quædam mutatio in nobis. Alia rursus ex in-  
 existente corpori materia et naturali in nobis  
 calido commoto existit motio evaporantis sursum  
 fumosi incendi, ut sit cum aqua super injecta  
 prunæ ardentes extinguuntur, qui vapor aliquando  
 in solum caput, aliquando toto corpore diffunditur.  
 Super hæc omnia vero, alia rursus est, permis-  
 sione boni nostri Dei et Domini, ingruens in nos  
 a demonibus ad eruditionem et salutarem corre-  
 ctionem, tentatio. Qualis vera hæc est; gravedo  
 ipsa corporis et ex maxime terrestribus ac crassis  
 ejus fecibus lentescens torpor tristitiæ. Quando  
 etiam sine nova apparente causa in pœnam ti-  
 tillationis unius vanæ gloriolæ, cui forte in-  
 dulserimus consensum aut delectationem volun-  
 tariam, aut quod in superbiam elati si-  
 mus, quodque de aliis temere judicium præ-  
 cipitaverimus, qui multorum quotidianus est lapsus,  
 vel alias multas ob causas isti dæmoni condonamur  
 in interitum quidem carnis, contritionem vero ani-  
 mæ, probationemque, et exercitationem ampliorem  
 ejus, tum ut capto interim experimento misericor-  
 dissimæ compassionis Dei erga nos totum in ipsum  
 ex sincera præparatione animi transferamus amo-  
 rem, desideriaque omnia et spes in ipso fixas, ex-

que ipso aptas et suspensas habeamus. Verum  
 enimvero non hæc omnes intelligunt. Sed animales  
 quidem alterationes ac mutationes corporis qui  
 paulum ultra principia aliquosque in virtutis via  
 processerunt, per partes horum aliqua quisque  
 sentiunt: prout scilicet in ipsis fieri quidpiam  
 contigerit. De his enim qui toti adhuc in tenebris  
 jacent, nullus nobis sermo. Mutationes autem quæ  
 in mente existunt, ut diximus, et vicissitudines  
 soli perturbationum victores perfectique et puri,  
 expeditæ vitis animæ et libertatem virtute nactæ  
 perspectas scilicet habuerint. Neque id ipsi ex se,  
 sed ejus cujus sunt, quique illos ut suos erant,  
 institutione docti, Nonnunquam siquidem ex inæ-  
 qualitatibus quæ subinde mentem interpolant, ani-  
 ma coarctatur mœstaque fit, affluente paulo ante  
 gaudio repente multata. Verumtamen virtute utens,  
 conatumque intendens, emergit, et mentem erigit.  
 Vice versa nonnunquam ex his quæ patitur anima,  
 propagatur compassio in mentem, quæ et ipsa  
 sensu involvitur malorum ejus, et nocte ingruente  
 veluti oppressa, subesse quidem tenebris cogitur;  
 non acquiescit tamen, sed lucem vel amissam omni  
 vi quærit, vel elabentem retentat mordens: ex qua  
 interdum victrix auxiliarem quoque radium in ani-  
 mam mittit. Alias ex inæquali rursus vicissitudine  
 habitudinis corporis utraque vexatur, et quasi sub-  
 jugantur gravi tyrannide. Nonnunquam obsessæ  
 licet circumque oppugnatae exterius, belli quidem  
 quasi fragorem audiunt, et facili sensu repulsuque  
 defunguntur, salvo intus statu beatæ pacis, qua  
 gaudent interim in sinu. Alias versa vice civile  
 perturbatorum affectuum bellum et seditiosus tu-  
 multus fert atque agit intus omnia, tristie facie re-  
 rum et miserabili labore, ut neque illa extrema  
 patienti spes restet tranquillitatis reversuræ. Sic  
 ista sese invicem infestant, dum et anima et mens  
 a corpore, et mens ab anima rursus ipsa: anima  
 vero vicissim a mente et corpore incommodum ac-  
 cipit. Neque vero individue semper anima, et mens  
 turbantur, verum ex his quandoque anima sola pa-  
 titur, mente ipsam quasi pro officio naturalis ami-  
 citiæ consolante. Aliquando mens excecatur et  
 obruitur, dum anima libera permanens virtute di-  
 vini ignis abigit caliginem, et velum tollit, visum-  
 que menti restituit. Propterea dixi, o Patres et  
 Fratres, oportere non solum notas esse nobis va-  
 rietates mutationesque, ac contingere solitas in  
 nobis alterationes; sed scire etiam præterea unde  
 ipsæ et quomodo et a quibus qualesque spirent  
 cogitationum venti; et ex quibus fontibus effluant  
 atque exundent flumina perturbationum tentatio-  
 numque, ut et domum animæ constabiliamus ad  
 firmitatem resistendo parem, et gubernaculum na-  
 vis nostræ dirigamus feliciter, non autem inscite  
 ignaveque tractemus. Horum autem cognitionem  
 usus assiduus et experientia longæ vitæ suppeditat,  
 cum exactione vitæ intra inviolatæ disciplinæ ob-  
 servationem sacete transactæ. Sane opus est quis-

que monachus scopum sibi ac finem quotidie præstet, propositumque velut in exemplari continuo cernat, quo quamque diem transigere ipsum deceat modo: ut strenuus ad exercitium virtutis sit, neque ullo ab isto cursu imperitiæ impedimento retardetur. Sic enim quamvis asperam et laboriosam discipline viam consuetudo et bene agendi usus atque habitus quasi cœquabit. Sicque Deo placebit assidue proficiens et ascensiones in corde suo disponens, ex modicis ad mājora et perfectiora pro-

A currens. Quo id quoque consequetur ut eorum de quibus egimus omnium perfectam scientiam consequatur, peritusque aliquando magister evadat multorum aliorum: illuminans et verbi doctrina et vite exemplo conversantes secum, utpote illuminatus et ipse desuper, et revelans profunda iis quidam desiderio querunt profunda Spiritus dicere. In Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

ΤΟΥ ΘΣΙΟΥ ΚΑΙ ΘΕΟΦΟΡΟΥ ΠΑΤΡΟΣ ΗΜΩΝ

## ΣΥΜΕΩΝ

### ΤΟΥ ΝΕΟΥ ΘΕΟΛΟΓΟΥ

#### ΛΟΓΟΣ ΠΕΡΙ ΠΙΣΤΕΩΣ. ΚΑΙ ΔΙΔΑΣΚΑΛΙΑΣ

ΕΙΣ ΕΚΕΙΝΟΥΣ ΟΠΟΥ ΛΕΓΟΥΝ

Ὅτι δὲν εἶναι δυνατὸν ἐκεῖνοι, ὅπου εὐρίσκονται μέσα εἰς τὸν κόσμον, καὶ ἔχουν φροντίδας κοσμικαῖς μὲ φθάσουν εἰς τὴν τελειότητα τῆς ἀρετῆς· καὶ διήγησις περὶ τούτου εἰς τὴν ἀρχὴν, πολλὰ ὀφέλιμος· καὶ ἐμεταγλωττίσθη εἰς τὸ ἀπλοῦν, διὰ μὲ τὸ καταλαμβάνη κάθ' ἕνα (α).

Ἀδελφοί μου περιπόθητοι, καὶ Πατέρες, πολλὰ καλὸν καὶ ψυχωφελέστατον πρᾶγμα εἶναι, νὰ κηρύττωμεν εἰς ὅλους κοινῶς τὸ μέγα καὶ ἀπειρον ἔλεος τοῦ παναγάθου καὶ πολυελέου Θεοῦ ἡμῶν, καὶ νὰ φανερώνωμεν εἰς ὅλους τοὺς ἀδελφούς μας Χριστιανοὺς τὸ ἀνεξιχνίαστον πέλαγος τῆς εὐσπλαγγνίας καὶ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ ὅπου ἔχει εἰς ἡμᾶς. Ἐγὼ λοιπὸν, καθὼς τὸ βλέπετε, ἀδελφοί μου, καὶ καθὼς τὸ ἰξεύρετε καλῶτατα, μὴτε νηστείας πολλὰς καὶ ὑπερβολικὰς ἔκαμα, μὴτε ἀγρυπνίας, μὴτε χαμαικοιτίας, ἀλλὰ μὴτε ἄλλαις παρόμοιαις σκληραγωγίαις τοῦ σώματος ὑπερβολικαῖς, ἀλλὰ ἐγνώρισα τὴν ἀναξιότητά μου, ἐστοχάσθηκα τὰς ἀμαρτίας μου, ἐκατηγόρησα τὸν ἑαυτὸν μου, καὶ ἐταπεινώθηκα, καὶ ὁ πολυεὐσπλαγγνος καὶ πανάγαθος Κύριος μὲ αὐτὸ με ἔσωσε, καθὼς τὸ λέγει καὶ ὁ θεὸς Δαβὶδ· « Ἐταπεινώθη, καὶ ἔσωσέ με. » Καὶ διὰ νὰ σᾶς τὸ εἰπῶ μὲ ὀλίγα λόγια, ἐπίστευσα μοναχὰ εἰς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, καὶ μὲ ἐδέχθη ὁ Κύριος καὶ Θεός μου μὲ αὐτὴν τὴν πίστιν· ἐπειδὴ καὶ τὸ νὰ ἀποκτήσῃ τινὰς τὴν ταπεινώσιν, εὐρίσκει πολλὰ ἐμπόδια ὅπου τὸν ἐμποδίζουν· ἀμὴ τὸ νὰ εὐρη τὴν πίστιν καὶ νὰ πιστεύσῃ εἰς τὰ λόγια τοῦ Θεοῦ, δὲν εἶναι κανένα ἐμπόδιον ὅπου νὰ τὸν ἐμποδίσῃ· διατὶ ἀνίσως καὶ θελήσωμεν ἐξ ὅλης μας τῆς ψυχῆς νὰ εὐρωμεν τὴν πίστιν, παρευθὺς χωρὶς κανένα κόπον

τὴν εὐρίσκομεν. Ἐπειδὴ καὶ ἡ πίστις εἶναι χάρισμα τοῦ παναγάθου Θεοῦ ὅπου μᾶς τὸ ἐχάρισε φυσικὰ νὰ τὸ ἔχωμεν εἰς τὴν προαίρεσίν μας, καὶ ὅταν θέλωμεν νὰ τὸ ἔχωμεν. Διὰ τοῦτο βλέπομεν ὅπου καὶ οἱ Τάταροι, καὶ οἱ βάρβαροι καὶ ὅλα τὰ ἔθνη ἔχουν φυσικὰ τὴν πίστιν, καὶ πιστεύει ὁ ἕνας εἰς τοῦ ἄλλου τὰ λόγια, καὶ δείχνουν πίστιν ἀναμεταξύ τους. Καὶ διὰ νὰ σᾶς ἀποδείξω ἐτοῦτο ὅπου λέγω μὲ τὴν πρᾶξιν, καὶ ὄχι μὲ λόγια μοναχὰ ἀκούσατε τὴν κάτωθεν διήγησιν· Κάποιος Γεώργιος ὀνομαζόμενος, νέος πολλὰ εἰς τὴν ἡλικίαν, ἕως εἴκοσι χρόνων, ἐκατοικοῦσε μέσα εἰς τὴν Κωνσταντινούπολιν τὴν εἰς τοὺς καιροὺς τοὺς ἐδικούς μας· ὁ ὅποιος ἦτον εὐμορφος πολλὰ εἰς τὴν θεωρίαν, καὶ μὲ τὴν φαντασίαν ἐξωτερικὴν ἐπεριπατοῦσεν, ὅπου πολλοὶ τὸν εἶχαν εἰς ἀχαμνὴν ὑπόληψιν, μάλιστα ὅσοι συνηθίζουσαν νὰ κοιτάζουσαν μόνον τὸ ἐξωτερικὸν σχῆμα τοῦ ἀνθρώπου, καὶ χωρὶς νὰ ἰξεύρουσαν τὰ κρυπτά τοῦ κάθε ἑνὸς, τὸν κατακρίνουσαν, καὶ γίνονται κριταὶ ἀδιάκριτοι εἰς τοὺς ἄλλους. Τοῦτος ὁ νέος ἔλαβε γνωριμίαν μὲ ἕνα μοναχὸν ἀγιώτατον ἀνθρώπον ὅπου ἐκατοικοῦσεν εἰς ἕνα μοναστήριον τῆς Κωνσταντινουπόλεως, καὶ φανερώωντάς του ὅλα τὰ κρυπτά τῆς καρδίας του τοῦ εἶπεν ἀκόμι καὶ ὅτι ποθεῖ τὴν σωτηρίαν τῆς ψυχῆς του, καὶ ἔχει μεγάλην ἐπιθυμίαν νὰ ἀναχωρήσῃ ἀπὸ τὸν κόσμον, καὶ νὰ

(α) Translationem istam in vernaculum sermonem Græcum ut Latinitate donaremus operæ pretium fore non duximus. ΕΠΙΣΤ. ΡΑΤΙΚ.